+ QK
314
.R74

Rudolph
Flovae Ienensis
Plantas


PRO SCIENTIA
ATQUE
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1910
September 1899
R. W. Gibson, Invt.

DISSERTATIO INAVGVRALIS BOTANICA
SISTENS

FLORAE IENENSIS PLANTAS

AD POLYANDRIAM MONOGYNIAM LINNAEI
PERTINENTES

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DVCE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI, CLIVIAE MONTIVM, ANGARIAE ET
GVESTPHALIAE REL.

AVCTORITATE GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

A. D. XXI FEBRVARII MDCCLXXXI.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTRAQVE MEDICINA HONORES CONSEQVENDI

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
IO. HENRICVS RVDOLPH
IENENSIS.

IENAE
EX OFFICINA FICKELSCHERRIANA.

T4R57
,R74



LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Tantum abeſt, ut hiſtoriam Polyandriae monogyniae Florae Ienenſis abſolutiſſimam offerre, mihi perſuadeam; vt potius, diſſertationem more ſolito ſcripturus, ſpecimen e re botanica dare animus ſit. Si quos aequos iudices acceperit, grata ſemper agnoſcere mente, meamque induſtriam, in indagandis et deſcribendis terrae Ienenſis plantis, non demittere, meum erit. Mecum enim conſtitui, plantas omnes, quotquot invenero, in faſciculis ſecundum claſſes immortalis Linnaei edere; ita quidem, ut claſſis aliqua prius confecta, prius publici iuris fiat, bonisque iconibus, ſi opus, ſit illuſtrata. Veſtigia ſequutus Ruppii, cuius nomen eum Flora Ienenſi ſemper florebit, tramitem ingreſſum animo infracto perſequar. — Notandum tamen, me non omnes plantas, quas Ruppius recenſuit, poſſe in medium proferre; Ruppius enim, omnes plantas quas noverat in ſuam Floram conſtipavit, hinc Belgicas, Miſniacas, Haſſiacas, Rhenanas etc. immiſcuit libro ſuo; praetereaque nonnulla ex agro Ienenſi plane evanuere, quae tempore Ruppii floruerunt. Ne vero, invita Minerva, opus obtrudam, faſciculus hicce ſpecimen offert. Quod cum videro probari, operi aggreſſo inhaerere non dubitabo.

OCT 15 1910

§. I.

Classis est Linnaeo plantarum illarum, quae flores proferunt multistamineos, et ita quidem, ut numerus filamentorum numerum vicesimum excedat, et saepissime innumerabilia quasi evadant, receptaculo vero, non calyci, adhaereant; classis ista recepit Polyandriae (a πολὺς et ἀνὴρ) nomen.

§. II.

Classium divisiones *ordinum* nomine insigniuntur, quos Summus Linnaeus a pistillorum numero deduxit, quae si non adsint, styli in locum eorum succedunt nunquam vero stigmata. Ordo itaque, ubi unum tantum adest, Monogynvs (a μονὴ et γυνὴ) est appellandus. Proinde facile est intellectu, Polyandriam monogyniam illas plantas comprehendere, queis flores multistaminei (§. I.), et pistillum unicum aut stylus unicus.

§. III.

Semper id notandum erit, ne errorem inculces Linnaeo, stamina adhaerere receptaculo. Sunt flores multistaminei, quorum stamina calyci inseruntur, non receptaculo; si qui subveniunt ad aliam classem sunt referendi, scilicet icosandriam.

§. IV.

Vt facilius illarum plantarum genera investigentur, quae ad Polyandriam pertinent, clavem suppeditavi ad genera omnia, et indigena et exotica. Determinationem uberiorem generum tantummodo offerre possum illorum, quae ager hortusque Ienensis alit.

POLYANDRIA.

1). MONOGYNIA.

Monopetali: MARCGRAVIA.
Tripetali: TRILIX.
Tetrapetali: Cal. o. RHEEDIA.

Terape-

Terapetali: Cal. 2.-phyllus. Bacca 1-locularis MAMMEA.
- Capſ. 1.-locularis, coronata PAPAVER.
- Siliqua 1-locularis, CHELIDONIVM.
- Siliqua 2-capſularis GLAVCIVM.

Cal. 4-phyllus. Bacca pedicellata, corticoſa CAPPARIS.
- Bacca 1-locularis; ſemina gemino ordine ACTAEA.
- Pomum 8 loculare CAMBOGIA.
- Drupa globoſa CALOPHYLLVM.

Cal. 4-fidus GRIAS

Cal. ſuperus; Bacca 1 ſperma, coronata CARYOPHYLLVS.

Pentapetali: Capſula ſemi-infera LOOSA.

Capſ. infera MENTZELIA.

Capſ. 1-locularis VATERIA.

Capſ. echinata, intus baccata SLOANEA.

Capſ. ſubrotunda; cal. 5-phylli, foliola 2 alterna inferiora minora CISTVS.

Pentapetali. Caſp. 2 ſ. 5 locularis CORCHORVS

Capſ. 5-locularis. Cal. duplex SARRACENIA.

Capſ. 5 locularis, coriacea 1 ſperma *a*) TILIA.

Baccae 2-5 in receptaculo carnoſo OCHNA.

Bacca 5 locularis, umbilicata. MVNTINGIA.

Drupa nucleo criſpo ſphaerico ELAEOCARPVS (Numerus ſaepe excludit quintam partem in floris partibus L. G. 719).

Delphinium Conſolida.
- *Ajacis.*
- *Aconiti.*

} ad Polyandr. trigyn. ſunt referenda.

Hexapetali. Cal. 3-phyllus. ARGEMONE.

Cal. 6-fidus LAGERSTROEMIA.

Cal. 5 ſ. 6 phyllus; Capſ. 3 locularis THEA.

a) Semen unicum communiter adoleſcit, quod reliqua abortientia ad latus pellit, ut 1-locularis videatur capſula incautis. L. G. 717.

Hexapetali. Cal. 6 phyllus; Capſ. circumſciſſa LECYTHIS
Octopetali. SANGVINARIA.
Enneapetali. PODOPHYLLVM. *Thea viridis.*
Decapetali BIXA (Cor. duplex; exterior 5 petalis, interior 5 petalis).
Polypetali: NYMPHAEA.
Apetali: Cal. 3 phyllus. Pericarpium turbinatum, 3 quetrum TREWIA.
- Bacca 5 - angularis PROCKIA.
- Cal. 5 - phyllus. Pericarpium polyſpermum LAETIA.
- Peric. 1 - ſpermum SEGVIERIA.
- 2 - ſpermum DELIMA.

DIGYNIA.

Calyx integerrimus FOTHERGILLA.
Cal. 5 *phyllus.* Cor. 0. CALLIGONVM.
Cor. 3 ſ. 4 - petala CVRATELLA.
Cor. 5 - petala PAEONIA.

TRIGYNIA.

Corolla 5 - petala

ſupremo cornuto	ſupremo galeato
DELPHINIVM.	ACONITVM.

TETRAGYNIA.

Cal. 5 - *phyllus* CIMICIFVGA.
Cal. 6 *phyllus* TETRACERA.
Cal. 5 - *partitus* CARYOCAR.

PENTAGYNIA.

Cal. 0. Nectaria 5. AQVILEGIA.
Nectaria 8. NIGELLA.

Cal.

Cal. 5 - *phyllus* REAVMVRIA.
Ranunculus hederaceus vid. Pol. polyg.

HEXAGYNIA.

STRATIOTES.

POLYGYNIA.

Calyx 0. Cor. 3 - petala HYDRASTIS.
Cor. 4 - petala: Receptaculum capitatum CLEMATIS.
Cor. 4 ſ. 5 petala. Recept. 0. THALICTRVM.
Cor. 5 - petala Nect. 0. Capſ. 5 - 10 CALTHA.
- Nect. 5. ISOPYRVM.
- Nect. plura HELLEBORVS.
Cor. 6 ſ. 9 petala (Pet. 2 ſ. 3 ordinum in ſingula ſerie 3) ANEMONE.
Cor. 14 petala TROLLIVS.
Cal. 3 - *phyllus.* Cor. 6 petala. Baccae numeroſae, polyſpermae, recept. oblongae oblongo affixae. (Ranunculus Ficaria.) UVARIA.
- Bacca cortice ſquamata, polyſperma ANNONA.
- Semina imbricata in corpus ſtrobili figura LIRIODENDRVM.
Cor. 9. petala. MAGNOLIA.
Cor. 15 - petala MICHELIA
Cal. 4 - *phyllus.* Cor. 12 ſ. 20 petala ATRAGENE.
Cal. 5 - *phyllus.* Cor. 5 - petala. Capſ. plures connatae. Recept. pulpoſo DILLENIA.
- Semina plurima. Petala ungue nectarifero RANVNCVLVS.
Cor. 5 - 15 petala, absque nectario. ADONIS.
Cor. 9 - petala. Semina pendula MAGNOLIA.
Cal. 6 - *phyllus.* ILLICIVM.
Phytolacca icoſandra ad Decand. 5. gyn.
Nigella hiſpanica, orientalis. ad Polyand. 5. gyn.

§. V.

§. V.

Ex qua tabula facillimo negotio genus plantae cuiusvis ad Polyandriam pertinentis, quemlibet posse eruere, si modo ad manus habeat illius florem perfectum et Pericarpium, quicunque experientia edoctus concedet. Ne vero sim profusior in re facili et commorer, secundum ordinem generum et specierum, quem Linnaeus immortalis est sequutus nobisque praescripsit, opus ipsum sum aggressurus et Botanophilis fasciculum tenuem plantarum horti agrique Ienensis porrigam. Synonyma adiecta ex novissima specierum editione Exp. Reichardi quam plurima esse decerpta, sed semper, quantum potui, collata, non possum quin fatear. Germanica usitatissima protuli; messem illorum uberrimam praebet praeceteris Com. de Mattuschka Flora Silesiaca. Lipsi. 1776.

ACTAEA (L. G. 700.)

Character. Cal. 4- phyllus. Cor. 4 - petala. Bacca ovali globosa, unisulca, 1 - locularis. Sem. semiorbiculata.

spicata ACTAEA racemo ovato, fructibus baccatis L. *Mill. dict.* n. 1. *Gmel. sib.* 4. p. 481. *Reyg. ged.* 1. p. 136. *Gunn. norv.* n. 27. *Scop. carn. ed.* 2. n. 633. *Pall. it.* 1. p. 50. *Pollich pal.* n. 503. *Mattuschka Sil.* n. 374. *Flor. Dan.* t. 389. *Blackw.* t. 565. *Doerr. nass.* p. 33.

Actaea. *Hort Cliff.* 209. *Flor succ.* 431. *Hort. upsi.* 138. *Mat. med.* 253. *Roy. lugd.* 480. *Dalib. Paris.* 152.

A. caule inermi *Fl. lapp.* 217.

A. foliis circumserratis duplicato, - pinnatis, pinnula extrema trilobata *Hall. helv.* n. 1078.

Aconitum bacciferum *C. B. Pin.* 182.

Aconitum racemosum an Actaea Plinio *C. B. Pin.* 183.

Christophoriana. *Clus. hist. II.* p. 86. *Dod. Pempt.* 402. *Purg.* p. 237. *Gesn. hort.* p. 252. *Tab. coll.* p. 68. *Fabric. Galand.* p. 235. *Clus. pann.* 504. *Tabern.* p. 1163. *Tournef.* 299. t. 154. *Weinmann* T. 380.

Christo-

Chriſtophoriane vulgaris, noſtras, racemoſa et ramoſa *Mor. hiſt. Ox. P. II.* p. 8. S. 1. T. 2. f. 8. Boerh. lugd. 2. 62. *Magnol. Char.* p. 194. *de Bergen Fl. Frcf.* 163. *Rupp.* p. 94.

Chriſtophoriana an Actaea Plinii *Lob. ic.* p. 682.

Planta quaedam in alpibus. *Caeſ.* p. 217.

Napellus racemoſus Dodonaei *Lugd.* p. 1747.

Aconitum ramoſum actaea quibusdam *I. B.* 3. 660. *Raj.* p. 662.

DESCRIPTIO.

Radix. Subcraſſa, fibroſa, nigricans intus ſublutea, perennis.

Caules laeves, erecti, ramoſi, bipedales et ultra; Ramis coniugatis.

Folia. Pinnata, ſupremum plerumque trilobatum; pinnis ſuborbiculatis, acutis, inciſo-ſerratis, ſaepe ternatis. Floralia ſimplicia, profunde inciſa.

Flores. Racemus ovatus. Cor. fugax, petalis 4 niveis, eleganter crenatis, ex ungue dilatatis, fine bifido, minimis (ut quaſi degenerantia Stamina), calyce lacteo purpura immixta, circumdata; hinc calyx facile dignoſci poteſt, incautiorque caveat ne permutet calycem cum corolla. Stamina circiter 80.

Bacca elliptica (nunquam globoſa ut *Cl. Cranz in H. Stirp. Auſt.* p. 142 prodidit.), coriacea non pulpoſa, nigricans, altero latere ſulco, ob ſemina ſibi duplici ſerie incumbentia, exarata.

Vſus. Planta viroſa aeſtimatur, quo iure, ob defectum experientiae diiudicare nequeo, ulteriori examini quoad vires erit commendanda. Baccae cum alumine cocta, atramentum praebent.

Habitat *in der Drieſenitz*, *im Rauenthale*, in vicinis ſaepibus *beim Forſt*, *bei Ziegenhain*. Germ. *Chriſtophwurz*, *Schwarzwurz*, *S. Chriſtoffelskraut.*

Obſ. Linnaeus Stylum abnegans, quem tamen ſemper obſervavi, facile eſt excuſandus: Stylus enim eſt breviſſimus atque depreſſus, adeoque fere nullus.

CHELIDONIVM (L. G. 703. Tourn. p. 231. T. 11).

Char. Stylus fere 0. Calyx glaber diphyllus. Cor. 4-petala. Siliqua unilocularis, linearis.

maius CHELIDONIVM pedunculis umbellatis L. *Mill. dict.* n. 1. *Pollich pal.* n. 504. *Scop. carn.* 1. n. 634. *Mattusch. Sil.* n. 375. *Flor. Dan.* T. 676. *Blackw.* t. 91. *Ludw. ect.* t. 172. *Kniph. cent.* 8. n. 23. *Knorr del.* 1. t. S. 23. *Doerr. nass.* p. 78.

Chelidonium pedunculis multifloris umbellatis. *Hort. Cliff.* 101. *Flor. Suec.* 430. *Hort. Upsf.* 137. *Roy. lugd.* 478. *Dalib. par.* 152.

Chelidonium maius vulgare *C. B. Pin.* 144. *Clus.* p. 203. *Park. H. Ox. II.* p. 257. *Magnol. Char.* p. 256. *Zanich* p. 61. ic. 212. *Bergen Fl. Fr.* 123.

Chelidonium maius. *Fuchs. hist.* 865. *Trag.* p. 107. *Cord. Dioscor.* p. 49. *Gesn. Hort.* p. 253. Matth. p. 628. *Cam. Epit.* p. 402. *Dod. ic.* p. 48. *Lob. ic.* p. 760. Caes. p. 269. *Tabern.* p. 101. *I. B.* 3. p. 483. *Raj.* p. 858. *Blackw.* T. 91. *Rupp.* p. 771.

Chelidonium floribus ex siliquis brevissimis *Cranz. H. St. A.* p. 141.

Chelidonium lobis subrotundis *Hall. helv.* 305. *Boehm. Lipsf.* p. 128.

DESCRIPTIO.

Radix nigricans, in solo pingui accipit crassitiem digiti, fibrosa et quasi praemorsa; plena, ut tota planta succo croceo, odoris fortis, saporis amari.

Caules plures, glauci, ramosi, in summitate florum umbellulam gerentes.

Folia. Pinnata, pinnis confluentibus pediculo membranaceo ad basin dilatato, 2 s. 3 lobis, rotunde serratis.

Flos totus luteus. Calyx spathaceus, bifolius, caducus, subhirsutus. Stylum parvum capitatum, etsi Linnaeus denegat, observavi.

Ha-

Habitat fere ubique ad rudera, ſepes etc. Germ. *Schellkraut*, *Goldwurz*, *Gilbkraut* ob aureum ſ. croceum ſuccum, *Schwalbenkraut*, *Schin-* ſ. *Schoenkraut* quod maculus cutis tollit.

Cuius varietatem fere omnes aeſtimant:

2 *Chel. laciniatum.* Foliis quinquelobatis, lobis anguſtis acute laciniatis *Mill. dict.* n. 2. t. 92.

Chelidonium maius, foliis quernis *C. B. Pin.* 144.

Chelidonium maius alterum *Tabern.* p. 101.

Chelidonium folio laciniato *I. B.* 3. 483.

Chelidonium maius laciniato folio. *Cluſ. Hiſt.* 203.

Chelidonium maius, foliis quernis laciniatis. *H. R. Par.* (Tourn.)

Chelidonium maius, foliis et flore minutiſſime laciniatis *ibid.*

Foliis anguſtioribus, profunde et acute laciniatis, multipartitis, petiolisque longioribus, nudioribus, facile ab antecedenti diſtinguitur. Tabernaemontanus quidem l. c. ſcripſit, hanc ſpeciem in ſolo pingui mutari in *Chel. maius*, nunquam vero per aliquot annos, obſervavi, etſi in horto botanico et locis propinquis humi fertiliſſimae colitur.

Nomen *Chelidonium*, a χελιδῶν quaſi hirundinis herba, accepit; Dioſcorides enim Lib. 2. cap. 211. profert; primo hirundinum adventu noſtram plantam erumpere earumque diſceſſu marceſcere. Fuere et alii, qui crediderunt, hirundines admota planta pullis caecis mederi, quorum opinionem iam Celſus L VI. 6. 39. deriſit.

Vſus medicus. In lento ictero absque inflammatione, chloroſi, cachexia, podagra etc. Praecipue in morbis oculorum, (utpote in nubecula, incipiente ſuffuſione, ungue) valde celebris fuit; unde et nomen Germ. *Schellkraut* quaſi dicas *Schielkraut;* Gallorum *Eclaire.* externe commendatur in pedum oedemate etc. etc.

GLAVCIVM. (Tourn. 130. Tab. Lud. 452. Hall. p. 1304. Cranz. p. 141.)

CHARACTER. Calyx diphyllus hiſpidus. Corolla 4. petala. Siliqua cornuta. aſpera, bicapſularis, extremitate fungiformi pileata.

Obſerv. Omnimode eſt Glaucium a Chelidonio ſeiungendum. Character enim Chelidonii eſt Siliqua unilocularis. Glaucii Sil. bicapſularis. Adſumas Sil. ſubbivalvem (vid. L. G. edit. noviſſ. Reich. 703) et tamen non facile omnem lapidem removebis, ut Glaucium cum Chelidonio coniungas.

1) *glabrum* GLAUCIUM, caule glabro, pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus ſinuatis. L. *Oed. dan.* 585. *Mill. hiſt.* n. 3. *Kniph. uent.* 4. n. 17. *Knorr.-del.* 1. t. R. 18.

Glaucium flore luteo. *Tourn.* I. R. H. p. 254. *Rupp.* p. 71. *Pont. Anth.* 76. *Zannich.* p. 114. ic. 166.

Papaver corniculatum *C. B. Pin.* 171. *Fuchs.* p. 520. *Camer. epit.* 805. *Dod. Purg.* 336. *Lob.* 10. 270. Caeſ. 270.

Papaver corniculatum, luteum. *I. B.* 3. 398. *Raj.* 857. *Magnol. Char.* 259.

Papaver corniculatum flavo flore. *Claſ. Hiſt.* 11. p. 91.

Papaver corniculatum, maius *Dod. Pempt.* 448. *Hort. Aichſt.* T. 6. f. 1.

Glaucium glabrum, flore phoeniceo *Tourn. l. c.*

Papaver corniculatum, phoeniceum, glabrum. *C. B. Pin.* 171.

Papaver corniculatum phoeniceum, alterum. *Lob. Icon.* 271.

Chelidonium glabrum. *Mill. dict.* n. 5.

Papaver cornutum. *Cord. Dioſc.* IV. c. 66. *Hiſt.* p. 131. *Gesn. tab. coll.* 94. *Matth.* p. 1060. *Lugd.* 1712.

Papaver cornutum vel corniculatum luteo flore *Gesn. Hort.* p. 271.

Papaver cornutum ſ. corniculatum I. *Tab* p. 967.

Papaver corniculatum luteum Κερατιτις Dioſc. Theophr. ſylveſtre ceratilis Plinio. *C. B. H. Ox. II.* p. 273.

Glaucium flore luteo. T. aut. de Par. p. 336. *Bergen Fl. Fr.* 123.

Glaucium foliis radicalibus ſemipinnatis, caulinis amplexicaulibus *Hall. helv.* n. 1060.

Cheli-

Chelidonium glabrum, pedunculis unifloris. Hort. *upſ.* 137. *Roy. lugd.* 478. *Dalib. pariſ.* 152.

Chelidonium pedunculis unifloris *Hort. Cliff.* 201. *Gronov. virg.* 57.

Glaucium, (*flavum*) caule glabro, ſiliquis cornutis, deflexis. *Cranz.* 141.

DESCRIPTIO.

Radix fuſca, ſubcraſſa, terram non profunde perfodiens.

Caules glabri, erecti, ſubramoſi, bipedales.

Folia glauca, amplexicaulia, ſubhiſpida, ſinuata, laciniis acutis; radicalia ſemipinnata, tomentoſa, pinnis connatis.

Floris Cal. bifolius, hiſpidus, caducus. Cor. roſacea, raro 5 petala. Petala flava, macula ad baſin ſpadicea.

Fructus. Siliqua longiſſima, deflexa, bilocularis, medio ſepto diviſa; ſumma parte fungiformi, bipartita.

Semina, numeroſiſſima, liventia, reniformia, transverſim lineata. Habit. in hortis.

Vſus medicus. Hodiernus fere nullus.

2) *corniculatum.* GLAUCIUM pedunculis unifloris, foliis ſeſſilibus pinnatifidis, caule hiſpido. L.

Chelidonium *corniculatum. L. Spec. Pl.* n. 3. *Mill. dict.* n. 4.

Chelidonium hiſpidum, pedunculis unifloris *Hort.* upſ. 137. *Sauv. monſp.* 286.

Glaucium *(phoeniceum)* caule hiſpido, ſiliquis cornutis rectis *Cranz.* p. 141.

Glaucium hirſutum flore phoeniceo *Tourn. I. R. H.* 154. *Rupp.* p. 71.

Papaver corniculatum, phoeniceum, folio hirſuto. *I. B.* 3. 399.

Papaver corniculatum, phoeniceum, hirſutum. C. B. Pin. 171.

Papaver cornutum phoeniceo flore *Cluſ. Hiſt.* II. p. 91.

Papaver corniculatum, rubrum. *Dod. Pempt.* 449. Habitat in horto botanico.

Cum priori convenit, exceptis criteriis allegatis, et Folia obiter hirsuta sunt, quae prius albo plenissima habet tomento. Non possum, quin denotem, Cl. Cranzium b. Linnaeum vitii accusare, in quod tamen ipse inciderit.

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? at tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi. Hor.

Sit venia verborum ipsorum: „*Non solum*, inquit, *in definitione generica, sed etiam in specifica aberrat toto caelo Linnaeus; „folia in phoeniceo invenio magis amplexicaulia, quam in flavo, quae „in phoeniceo dixerat sessilia, in flavo amplexicaulia Linnaeus.*" Minime gentium toto caelo aberrat b. Linnaeus; omnimode res ita se habet, ut in omnibus speciminibus, quotcunque inveni, semper in flavo amplexicaulia et in phoeniceo sessilia folia, observavi. Igitur viro de re botanica optime merito assentiri me oportet. Caveas vero, ne varietatem prioris flore phoeniceo, commutes cum altera specie, ut fortassis Cl. Cranzio evenit, qui si modo iconem rudem ligno incisam Tabarnaemontani adspexisset, non tam acerbe in Linnaeum invectus esset. Insuperque semper notae characteristicae harum specierum praeferendae sunt Cranzianis. *Siliqua* enim *deflexa* et *erecta* criterium est inconstans, et fallax, quod utraque utrisque communis est. Quemadmodum etiam nomen *phoeniceum* saepe *luteo*; et *luteum* convenit *phoeniceo*, si colorem petalorum spectas.

PAPAVER (L. G. 704.)

CHARACTER. Cor. 4-petala, Cal. 2-phyllus. Capsc. coronata, 1-locularis, sub stigmate multifariam perforata.

1) *Argemone* PAPAVER capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. L. *Mill. dict.* n. 3. *Reyg. ged.* 1. p. 137. *Scop. carn.* 2. n. 636. *Pollich pal.* n. 505. *Mattusch. fil.* n. 376.

Papa-

Papaver capſulis hiſpidis oblongo-turbinatis ſulcatis *Fl. ſuec.* 429. *Dalib. pariſ.* 152.

Papaver foliis ternato-pinnatis, fructu angulato *Hort. Cliff.* 201. *Roy. lugd.* 419. *Sauv. monſp.* 252.

Argemone *Lonic.* 210.

Argemone capitulo longiore *C. B. Pin.* 172. *Lob. ic.* 276.

Argemone capitulo longiori, ſpinoſo. *I. B.* 3. 396.

Argemone capitulo tenuiore longiore hirſuto. *Moriſ. Hiſt.* 2. p. 178. *S.* 3. t. 14. f. 10.

Argemone I. *Tabern.* p. 83. Argemone II. *Trag.* 118.

Anemone minor, coriandri folio, flore pulſatillae, capitulis hirſutis. *Adv.* p. 17.

Papaver foliis hiſpidis pinnatis, pinnis lobatis, capſulis ellipticis hiſpidis. *Hall. helv.* n. 1601.

Papaver erraticum, capite oblongo, hiſpido *Tourn. I. R. H.* 238. *de Bergen* 126.

Papaver erraticum, capite longiori hiſpido. *Id. Rupp.* 71.

DESCRIPTIO.

Radix albida, ramoſa, parum fibroſa plerumque.

Caules, primum curvati, dein erecti, ramoſi; ramis caule plerumque minoribus aut aequantibus, ſetis, et cauli et ramis appreſſis, obſitis.

Folia radicalia multa, ſetis hiſpidis praedita, tripartito-pinnatifida, interdum alterne pinnatifida; pinnis plerumque trifidis. *Caulina* ad ſingulum rami exortum, terna, connata, pinnatifida; pinnis dentatis, coſta dilatata.

Caules erecti, nudi, ſetis cauli appreſſis ſcabri.

Flos. Calyx generis diphyllus, hiſpidus, caducus. Cor. roſacea, petalis 4, teneribus, tenui baſi inſiſtentibus, miniatis, macula nigra ad baſin.

Capſula oblongo-turbinata, hexagona, piloſa ſeu ſetis hiſpidis patentibus tota aſperſa; ſtriis angulorum glabris prominentibus. Stigma

gma coronatum, ſtelluta 5-radiata elevata, inſidente. Habitat inter ſegetes v. g- *bei Zwaetzen.*

Obſ. I. Species haec cum *P. dubio* coniungenda eſſe videtur: Quum vero huius exemplar bonum ad manus non ſit, aliis ad diiudicandum relinquere melius duxi.

At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire. — —

Ipſe Vates *dubium* non absque ratione ſufficiente nomen impoſuit.

Obſ. II. Quo ex affectu animi, nomen P. *Argemone* Cl. Cranzius vult expungere, facile patet. Quum Nomina vero ſpecifica a veteribus uſurpata et trivialia novis fictitiis ſint praeferenda, ergo etiam mallem P. *Argemone*, olim noſtris veteribus ſub nomine *Argemone* bene cognitum reſervare, nec cum alio commutare.

2) *Rhoeas* PAPAVER capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. L. *Pollich. pal.* n. 507. *Pall. it.* 3. p. 546. *Scop. carn.* 2. n. 638. *Mattuſch. ſil.* n. 377. *Doerr. naſſ.* 170. *Ludw. ect.* t. 17. *Blackw.* t. 2. et 560. *Kniph.* cent. 5. n. 64. *Knorr del.* 1. t. R. 14.

Papaver (*rhoeas*) cephulis glabris, caule piloſo, foliis pinnatifidis inciſis *Cranz.* p. 137.

Papaver foliis pinnatifidis hiſpidis, fructu ovato. *Hort. Cliff.* 201. *Fl. ſuec.* 428. *Hall. helv.* 1 *ed.* 303. *Mat. med.* 251. *Roy. lugd.* 478. *Dalib. pariſ.* 151.

Papaver caule multifloro folioſo hiſpido, foliis pinnatifidis, capſulis laevibus *Hort. upſ.* 136. *Sauv. monſp.* 252.

Papaver foliis ſemipinnatis, hiſpidis, fructu ovato glabro. *Hall. helv. ed. II.* n. 1064.

Papaver rubrum *Brunſ.* 3. 326. *Blackw.* T. 2.

Papaver erraticum maius. *C. B. Pin.* 171.

Papaver *Dorſt.* p. 20. Papaver erraticum *Lon.* 207. *Gesn. Hort.* 270. *Coll.* 94. *Cord. Dioſc.* 66. *Matth.* 1057. *Dod. pory.* 333. *Pempt.* 447. *Comp. Ep.* 802.

Arge-

Argemone. *Trag.* p. 120. *Lugd.* 4400.
Papaver erraticum primum *Fuchſ.* 575.
Papaver rhoeaa prius *Dalech. hiſt.* 439. *Lugd.* 439.
Papaver rhoeas ſ. caduco flore puniceo papaver *Lob. ic.* 275. *Adv.* III.
Papaver rubrum fluidum *Tab.* 570.
Papaver erraticum rubrum *Aichſt. aeſt. ord.* T. 7. f. 2.
Papaver erraticum, rubrum, campeſtre. *I. B.* 3. 395. *Magn. Char.* 243.
Papaver erraticum maius, ῥοιὰς Dioſcoridi Theoph. Plinio *C. B. Baſ.* 52. *Pin.* 171. *Hort. Ox.* II. 277. S. 3. T. 14. f. 6. *Zanich.* p. 203. ic. 261. *Rupp.* p. 78. *de Bergen* 126.
Papaver rhoeas *Park.* 366. *Raj.* 854.
Papaver erraticum, maius ſiue Rhoeas, florum uguibus albis. Hort. H. P.
Papaver erraticum, maius flore albo. *C. B. Pin.* 171.
Argemone multiplex *Trag.* 119.
β) Papaver erraticum pleno flore *C. B. Pin.* 171. Et huius varietates plures in hortis et libris botanicis.
γ) Papaver erraticum minus. *C. B. Pin.* 171. *C. B. Baſ.* p. 52. *Tabern.* p. 969. *Rupp.* 71.
Papaveris erratici minor ſpecies *Dod. Purg.* p. 334. *Pempt.* 447.

DE SCRIPTIO.

Radix convenit cum praecedenti.

Folia radicalia fere integra, oblonga: Caulina pinnatifida, inciſa ad nervum fere usque, hirſuta.

Caulis hiſpidus, pilis patentibus, multiflorus, (interdum uniflorus).

Floris petala miniata, macula ad baſin aterrima, aut ſature atro-purpurea.

Capſula globoſa, glabra, ſtigmate coronata, cui imminet ſtellula 10 radiata, cuius radii educuntur in totidem ſquamas obtuſas. Capſula in ſepta ſemilunaria intus diviſa.

Vſus medicus. In catarrho, pleuritide, morbis pectoris, tuſſi violentiori et pervicaci vid. *Hall. l. c.* Habitat inter ſegetes. Germ. *Klatſchroſen. Klapperroſen.* β) In hortis; γ) in agris aridis.

3) *ſomniferum* PAPAVER calycibus capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis.

Papaver caule multiflore, foliis ſimplicibus glabris inciſis caulinis. *Hort. upſ.* 135. *Mat. med.* 250.

Papaver foliis ſimplicibus glabris inciſis. *Hort. Cliff.* 200. *Hall.* 303. *Roy. lugd.* 879.

Papaver (*album et nigrum off.*) calycibus capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis *Cranz* 138.

Papaver ſpontaneum ſylveſtre et hortenſe ſemine interdum nigro, alia alba. *Lob. ic.* p. 274.

Papaver ſativum III. *Dod. Purg.* 329. *Pempt.* 445.

Papaver hortenſe, ſemine albo *eiusqus varietates plures. C. B. Pin.* 170.

Papaver album *I. B.* 390. ſativum *Lob. ic.* 272. *Rupp.* 70.

Papaver vulgare, cuius capitula foraminibus hiant, ſemine incano, *αγριοτερον* Dioſc. *Pluck.* 278.

Papaver capitatum vulgare, ſ. ſpontaneum ſimplex, ſemine incano, vigens in ſegetibus. *H. Ox. II.* p. 274.

β) Papaver nigrum *Blackw.* T. 452.

Papaver hortenſe ſemine nigro *C. B. Pin.* 171.

γ) Papaver criſtatum *eiusque varietates C. B. Pin.* 171.

Papaver fimbriatum, album et nigrum *Lob. ic.* 273. *I. B.* 3. 391.

λ) Papaver flore pleno, *C. B. Pin.* 171. varietates eius quam plurimae, ut et praecedentis γ, allegare, me taedet, ſi cui libeat, videat. *Hortum Aichſt. Beſleri, Bauhini Pinacem, Tabernaemontanum* etc. etc.

DESCRIPTIO.

Planta cuicunque bene nota, vix ulla deſcriptione eget. *Vſum medicum* attingere ne quidem audeo; opii enim hiſtoriam

hiſtoriam ſuccinctam poſt egregium Ill. MVRRAYI laborem *b*) conſcribere, temerarium iuveni videtur.

Colitur in hortis et agris. Germ. *Mohn*, *Mohnſaamen*, *Magſaamen*.

4) *Orientale* PAPAVER capſulis glabris, caulibus unifloris folioſis, foliis pinnatis ſerratis. *Hort. upſ.* 136. *Mill. dict.* n. 7. *Knorr del.* t. R. 14. a.

Papaver foliis pinnatis, fructu globoſo *Roy. lugd.* 279.

Papaver orientale hirſutiſſimum, flore magno. *Tourn. cor.* 17. *Itin.* 3. p. 127. t. 127. *Comm. rar.* 34. t. 34. *Boerh. lugd.* 1. p. 279.

DESCRIPTIO.

Radix. — —

Folia magna, pinnata, ſumma coſtae parte profunde laciniata; coſta pilis patentibus hiſpida: pinnae alternae, lanceolatae, ſerratae, ſuperiora baſi dilatata, nonnihil decurrentia, pilis etiam magnis, patentibus.

Caulis uniflorus, magnus, ſetis appreſſis.

Floris Cal. diphyllus, magnus, pilis hiſpidis, caducus. Corolla ampla, 4-petala, coccinea, macula ſpadicea in petalo unoquoque. Filamenta numeroſiſſima, atro-purpurea, antheris fuſcis.

Capſ. magnitudinis *P. ſomnif.* glabra; ſtigmate 10 radiato coronata, atropurpureo, hirſuto.

ARGEMONE (L. G. 705. T. 121.)

CHARACTER. Calyx 3-phyllus. Capſ. 1-locularis ſemivalvis. L.

mexicana ARGEMONE capſulis ſexvalvibus, foliis ſpinoſis.

Argemone *Hort. Cliff.* 201. *Hort. upſ.* 138. *Royen Lugd.* 479. *Rupp.* 126.

Papaver ſpinoſum *C. B. Pin.* 171. *Prodr.* 93. t. 92. *Idem* in *Tabern. edit.* 968. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 93. *I. B.* 3. 397.

b) Vid. EIVS *Apparat. Medicam.* Vol. II. p. 215. ſqq.

Papaver ſpinoſum luteum, foliis albis venis notatis *Moriſ. hiſt.* 2. p. 277. ſ. 3. t. 14. f. 5.
Argemone Mexicana *Tourn. I. R. H.* 239.

DESCRIPTIO.

Radix albida, parum ramoſa, annua.

Caulis erectus, pedalis, herbaceus, hinc et illinc ſpinulis acutis adſperſus.

Folia ſeſſilia, ſemiamplexicaulia, laciniata in ſpinas abeuntia; pagina ſuperiori pallide-viridia, venis lacteis notata; inferiori glauca.

Flos. Cal. 2 et 3 phyllus, foliola cum acumine ſpiniformi, caducus. Cor. roſacea; Petala 4, 5, 6 flava, nitentia. Stigma 4 et 5 fidum. Stylus breviſſimus, fere nullus.

Capſ. oblonga 4, 5, 6 gona, totidemque valvis, ſpinoſa.

Obſ. Petala, ſtigmatis diviſiones et capſulae anguli et quaternarium et quinarium et ſenarium numerum exhibent. Numerum quinarium valvularum, etſi ſaepius invenerim, characterem Linnaei ſpecificum tamen turbare nolim. Ita etiam *Mill. dict.* n. 5 *Kniph. cent.* 5. n. 6. Ipſe Linnaeus in edit. I. Spec. p. 508. capſ. 5-valvem adſumſit. Colitur in horto botanico.

NYMPHAEA (L. G. 709 Tourn. 137. 138).

CHARACTER. Stylus 0. Cor. polypetala. Cal. 4 ſ. 5 phyllus. Bacca multilocularis, truncata.

Lutea NYMPHAEA calyce magno pentaphyllo, foliis cordatis integerrimis L. *Flor. Lap.* 218. *Flor. ſuec.* 426. *Hort. Cliff.* 203. *Mattuſch. ſil.* 379. *Kniph. Cent.* III *Weinm.* n. 761. e. *Oed. icon. faſc.* XI. t. 603. *Mill. dict.* n. 1. *Gmel. ſib.* 4. 184. *Cranz.* 142. *Scop. carn.* 2. 639. *Gunn. norv.* 451. *Poll. pal.* 508. *Doer. naſſ.* 159. *Knorr. del.* 2. t. N. 1. *Roy. lugd.* 480. *Dalib. paris.* 150. *Boehm. Lipſ.* 544.
Nenufar mas *Brunf.* 1. 36.
Nymphaea citrina *Cord.* 99.

Nym-

Nymphaea lutea maior *C. B. Pin.* 139. *Cluſ.* 77. *Lugd.* 1009. *Moriſ. hiſt.* III. 513. *Magnol. char.* 257. *Boerh. lugd.* I. *p.* 281. *Rupp.* 162. *de Bergen* 147.

Nymphaea lutea. *Cam. epit.* 635. *Fuchs* 536. *Trag.* 697. *Gesn. tab. coll.* 92. *Matth.* 894. *Dod. cer.* 231. *Hiſt.* 585. *Lob. ic.* 594. *Tabern.* 1118. *I. B.* 3. 771. *Hort. Aichſt. Vern ord.* 7. t. 3. f. 3. *Raj.* 1319. *Blackw. t.* 497. 499.

Nymphaea calyce pentaphyllo, petalis maiori, fructu conico. *Hall. helv.* n. 1066.

β) Nymphaea lutea minor. *Lugd.* 1009.

DESCRIPTIO.

Radix vivax, flava, craſſa, in fundo fluminum et ſtagnantium aquarum latens; *caules* ad ſuperficiem aquae usque protrudit, quibus inſident *Folia* magna, cordata, ſubrotunda, pagina inferiora aquis innatantia, fungoſa. *Cal.* 5 - phyllus, magnus, foliolis craſſis, intus luteis. *Cor.* 14 - 20 phylla; Petala calyce minora, ſubcuneata, ſulcata, crenata. *Stamina* numeroſiſſima. *Fructus* ex ſphaerico faſtigiatus, intus pulpoſus, lenteſcens. *Semina* exigua multa.

Uſus. Radix, folia et flores ad coria inſperſu obfirmanda commerdantur; radix et folia ad pinguefaciendos ſues. Oves hanc plantam abhorreſcunt.

Habitat in piſcinula *vor dem Johannisthor. Germ. gelbe Seeroſen, Seeblumen, Plumpen* etc.

TILIA (L. G. 717. Tourn. 281).

CHARACTER. Cor. 5 - petala, Cal. 5 - partitus. Capſ. ſicca, globoſa 5 - locul. 5 valvis, baſi dehiſcens.

Europaea TILIA floribus nectario deſtitutus. L. *Leers herb.* n. 407. *Pollich pal.* 510. *Gmel. ſib.* 4. 179. *Mill. dict.* n. 1. *De Neck. gallob.* 232. *Mattuſch. ſil.* 381. *Oed. fl. dan.* t. 553. *Knorr del.* I. t. L. 11. *Lud. Ect* t. 48. *Kniph. cent.* X. *Weinm.* n. 976. a. c.

Tilia *Hort. Cliff.* 204. *Flor. ſuec.* 432. Phil. bot. 259. *Roy. lugd.* 477. *Caeſalp. ſyſt.* 40 *Dod. pempt.* 838. *Geſn. hort.* 284. *Dal. par.* 153. *Blackw.* t. 469.

Tilia foemina *Matth.* 150. *Tabern.* 1397.

Tilia urbana *Gen. tab. Coll.* III.

Tilia ſativa *Trag.* 1110.

Tilia femina folio maiore *C. B. Pin.* 426. *Tourn.* 611. *Boerh. lugd.* 2. 230. *Rupp.* 100. *de Bergen.* 137.

Tilia vulgaris platyphyllos *J. B.* 2. 133. *Raj.* 1694. *Till. piſc.* 165. t. 49. f. 9.

β) Tilia grandis *Cord. ſylv. obſ.* 221.

Tilia maximo folio *C. B.* 426. *Raj.* 249.

Tilia mas Matthioli *Zwing.* 202.

Tilia ſylveſtris noſtras, foliis amplis hirſutie pubeſcentibus, fructu tetragono, pentagono, aut hexagono *Pluk.* 368.

Tilia foliis amplioribus, mollibus, ſubhirſutis *Hall. helv. ed.* I. p. 357. *Boehm. lipſ.* 397.

Tilia foliis cordato-lanceolatis, ſpongiolis ad nervorum angulos feſſilibus. *Hall. helv.* 1030.

Tilia (*officinarum*) *Cranz.* p. 96.

β) Tilia foemina, folio minore *C. B. Pin.* 426. *de Bergen.* 138.

Tilia folio minore *J. B.* I. 137. *Rupp.* 100.

Tilia ſylveſtris *Trag.* 1111. *Gesn. tab. coll.* 111.

Tilia minor ſ. mas *Gesn. hort.* 284.

Tilia mas *Schwenckf.* 206.

Tilia (cordata) fol. cordatis acuminatis, inaequaliter ſerratis, fructibus quinqueloculariibus tomentoſis. *Mill. dict.* n. 2. *Du Roi harpk.* 2. p. 466.

Linde *Pflanz. Syſt.* II. p. 31.

DE-

DESCRIPTIO.

Arbor, quae nomen Viro de re botanica immortali, praebuit (vid. *Baeck Geda chtnisrede auf den Ritter C. v. Linné* p. 7.), semper sancta erit botanices studiosis. Meum non esse, multa verba de habitu arboris omnibus bene notae facere puto, quare historiam brevem submitto. Truncus erectus, primum cortice laevi, cineritio, dein senilis cortice nigricante, disrumpente obtectus. Ramificationes ambitu vastissimo. Ligulae foliaceae longae, apice obtuso, reticulatae, communi flosculorum pedunculo adnascentes elevant fructificationis partes; medius nervus edit aut 1 aut 3 petiolos trifloros, aut unum 9 florum.

Calyx. magnitudine fere corollae, deciduus.

Cor. rosacea, petalis 5, oblongis apice crenatis. Floris totius color ex flavido subviridis, odor gratissimus. Ad basin cuiuscunque petali sunt filamenta alba, nitida, succum dulcem secernentia; quid multa? sunt nectaria, quae ab apibus sedulo frequentantur. Cur vero Linnaeus obnegaverit, ratio est, quod haec nectaria non tam distincte oculis occurrunt, quam in *T. americana.* Ovarium 5-spermum, sed plerumque semen unum adolescit.

Usus et officinalis et oeconomicus. Florum et liberi usum medicum ex Materia medica Linnaei p. 262. liceat adponere

Praep. Conserva, aqua, spiritus (ex flor.).

Qual. (flor.) fragans

Vis (flor.) anodyna, antispasmodica.

Usus (flor.) Vertigo, Epilepsia.

Comp. Aqua confortans perlata; Spir. Embryon; aqua hirundin.

Corticis aqua macerati mucilago commendatur in gangraena etc. Usum oeconomicum ob spatii angustiam vix licet atingere. Funes ex cortice, aqua macerato perficiuntur. Arbor maxime longaeva, aetatem mille annorum consequi, dicitur. Folia pabulum bonum

bonum pecoribus praebent. Ex libero olim vereres chartam conficiebant. Usus ligni albi, lenti, varius. Habitat in areis et compitis frequens.

Var. α. Germ. *Gemeine - Weiche - Waſſer - Linde* etc.

Var. β. cui folia tertia parte minora var. α et perviridia Germ. *Steinlinde*, *Hartelinde* etc.

CISTVS (L. G. 728. Tourn. 136. *Helianthemum* Tourn.)

CHARACTER Cor. 5 - petala. Cal. 5 - phyllus: foliolis 2 minoribus. Capſula.

Helianthemum CISTVS ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis L. *Reyg. ged.* 2. p. 94. *Scop. carn.* 2. n. 649. *Pollich. pal.* 511. *Doerr naſſ.* 82. *Mattuſch. ſil.* 192. *Kniph. Cent.* XII. *Oed. ic. faſc.* II. t. 101. *Weinm.* n. 390. e.

Ciſtus ſtipulis quaternis, foliis oblongis utrinque nudis, caule procumbente *Hort. Cliff.* 206. *Fl. ſuec.* 433. *Roy. lugd.* 476.

Helianthemum *Cord. Hiſt.* 89.

Hyſſopus campeſtris *Trag.* 221.

Flos ſolis ſ. panaces chironium panax chironium *Matth.* 744. *Camer. epit.* 501.

Gratia Dei *Gesn. hort.* 261.

Flos ſolis *Dod.* 193.

Chamaeciſtus I. *Cluſ.* p. 73.

Helianthemon, panax chironium *Lob. ic.* 117.

Chironia *Caeſ.* l. 9. 397.

He-

Helianthemum germanicum *Tabern.* 1062.
Helianthemum flore luteo *Aichſt. aeſt. ord.* 9. t. 9. f. 2.
Helianthemum vulgare flore luteo. *J. B.* 2. 15. *Zanich* 135. ic. 21. *Boerh. Lugd.* I. 276. *de Bergen Frcf.* 137. *Rupp.* 119.
Chamacciſtus vulgaris flore luteo *C. B. Pin.* 465. *Loeſ.* 43. t. 8. *Raj.* 1013 *Magn. Char.* 259.
Helianthemum foliis ſubhirſutis, omnibus longe ellipticis *Hall. helv.* I. 358. *Boehm. lipſ.* 398.
Ciſtus foliis coniugatis, ellipticis, hirſutis, integerrimis, petiolis unifloris ſubhirſutis. *Hall. helv.* ed. II. n. 1033.
Ciſtus (*Helianthemum*) ſtipulatus foliis ſubhirſutis ellipticis, obtuſe acuminatis *Cranz.* 100.

DESCRIPTIO.

Caules humi proſtrati, hirſuti, rubentes, dodrantales et ultra, ſublignoſi. Racemus ante floreſcentiam nutans.

Folia petiolata, inferiora ovata, ſuperiora elongata ſ. elliptica, obtuſa, oppoſita, ſubhirſuta, ciliata, nervo ſub pagina inferiori ſtricto, lateribus revolutis, ad ortum foliorum ſaepe folia 4 minima, lanceolata, ſeſſilia.

Cal. hirſutus, 3-folius, additis foliolis externis binis minimis, ſtriis purpureis interdum viridibus rectis venoſus.

Cor. roſacea: petalis ſubrotundis, integerrimis, luteis, expanſis: annulus receptaculum ambiens ſaepe aureus. Stylus vnus, ſtigmate globoſo.

Capſ. triquetra, unilocularis trivalvis. *Semina* exigua, multa.

Obſ. I. Cranzius l. c. capſulam triquetram trivalvem, characteri generico adſcripſit, quo iure, haud intelligo: a particulari ad univerſale non valere conſequentiam, quam maxime in re botanica locum habere, plane ſum perſuaſus.

Obſ. II. Omnem attentionem haec planta ob ſingularem irritabilitatem ſuſcitat. Si enim filamenta inferne attingas, ſtatim ad petala ſeſe reclinant, et quidem eoque magis, quo fortior fuit attactus. Dein ſtamina ſeſe piſtillo inclinant, tanta vi, ut antherae

pistillo supersedeant. Ut autem felici successu experimentum facias, matutino et also tempore est suscipiendum. Primus qui hoc singulare phaenomenon detexit, fuit *Sebastian Vaillant. a)* Idem observavit *du Hamel de Monceau, b)* motumque convulsivum nuncupavit. Confirmarunt Cel. *J. G. Koelreuter, c) Adanson d), Gmelin, e)* et nuperrime Cel. *F. C. Medicus. f).*

Ut redeamus ad usum nostrae plantae vix opus est, nisi quod apibus materiam ad favos conficiendos praebeat, usui non est.

Germ. *Goldröslein, Heidenjsop, Sonnenröslein.*

Habitat in asperis, incultis, apricis.

Variat flore dilutiore, albicante.

a) Discours sur la structure des fleurs. p. 8.
b Traité des arbers et arbuiste. p. 21.
c) Vorläufige Nachricht von einigen das Geschlecht der Pflanzen betreffenden Versuchen p. 130.
d) Familles des Plantes. Tom. II. p. 139.
e) Diss. de irritabilitate p. 31.
f) Commentationes academiae Theodoro - Palatinae. Vol. III. p. 130.

THESES.

I. *Solida botanices cognitio Medico necessaria est.*

II. *Systema Linnaeanum aliis adhuc cognitis praeferendum esse censeo.*

III. *In muscis sexus distinctus non apparet.*

IV. *Exquisita anatomica cognitione chirurgus carere nequit.*

V. *Non dantur signa certa virginitatis.*

VI. *Omnis morbus fit per motum.*

VII. *Medicus practicus situm illius loci ubi medicinam facit, bene noscere debet.*

VIII. *Plantae recentes siccis in re medica sunt praeferendae.*

IX. *In praxi obstetricia plus fere valet ingenium, quam ars.*

TANTUM.